Early Journal Content on JSTOR, Free to Anyone in the World

This article is one of nearly 500,000 scholarly works digitized and made freely available to everyone in the world by JSTOR.

Known as the Early Journal Content, this set of works include research articles, news, letters, and other writings published in more than 200 of the oldest leading academic journals. The works date from the mid-seventeenth to the early twentieth centuries.

We encourage people to read and share the Early Journal Content openly and to tell others that this resource exists. People may post this content online or redistribute in any way for non-commercial purposes.

Read more about Early Journal Content at http://about.jstor.org/participate-jstor/individuals/early-journal-content.

JSTOR is a digital library of academic journals, books, and primary source objects. JSTOR helps people discover, use, and build upon a wide range of content through a powerful research and teaching platform, and preserves this content for future generations. JSTOR is part of ITHAKA, a not-for-profit organization that also includes Ithaka S+R and Portico. For more information about JSTOR, please contact support@jstor.org.

welhez under in [beiden] diu wârheit sî,
des mæres bin ich von in frî.

HAUPT.

GEDICHTE DES ARCHIPOETA WALTHERUS.

Ich beeile mich gleich nach empfang der neuesten schrift Jac. Grimms aus meinen sammlungen einiges bei und nach zu tragen was zur vervollständigung des dort angehäuften materiales dient und somit dem verfaſser wie den lesern der schrift willkommen sein dürfte.

Die bibliothek auf der waſserkirche in Zürich besitzt unter den zeichen C $^{58}/_{275}$ *eine umfangreiche miscellanhandschrift, die von zwei schreibern (der zweite tritt auf s.* 361 *ein) vielleicht zu Schaffhausen und sicherlich noch im* 12*n jahrh., aber erst nach* 1172 *geschrieben worden.*[1] *neben einzelnen deutschen stücken, predigten, kleineren gedichten u. s. f. welche Graff und ich schon theilweis haben drucken laſsen (Diut.* 2, 269 *ff. altd. leseb.* 191. 213 *und in dieser zeitschr.* 3, 41) *ist der inhalt überwiegend lateinisch, poesie und prosa aus allerlei gebieten. so steht bereits hier s.* 367^{b}—370^{b} *die metrische legende* De Pilatho, *die anderswo nur in viel jüngeren hss. vorkommt (Mone anz.* 4, 425). *die übrigen gedichte sind theils lyrischer, theils epigrammatischer art.*

Darunter nun auf s. 306^{a}—307^{a} *eine mannigfach und oft zum beſseren abweichende redaction vom zehnten liede des Archipoeta (Grimm* 67), *ohne die überschrift, wie ohne bezeichnung des verfaſsers. es lautet hier folgendermaſsen.*

Estuans intrinsecus ira uehementi.
in amaritudine meę loquor menti.
factus de miseria[2] leuis elementi.
folio sum similis de quo ludunt uenti.

1. *zu Schaffhausen: vergl. altd. leseb. 1e ausg.* 830; *nach* 1172: *das letzte stück der hs. (s.* 370) *ist eine* Sequentia de sancto thoma. episcopo anglorum. *Thomas von Becket ward* 1172 *canonisiert.*

2. *abgekürzt, wie auch sonst,* $^{a}_{m}$

Cum sit enim proprium uiro sapienti.
supra petram ponere sedem fundamenti.
stultus ego conparor folio labenti.
sub eodem aere nunquam permanenti.

Ego curo[1] ueluti sine nauta nauis.
ut per uias aeris uaga fertur auis.
non me tenent uincula. non me tenet clauis.
mihi cordis grauitas res uidetur grauis.

Quero mei similes. et adiungor prauis.
iocus est amabilis. dulciorque fauis.
quicquid uenus imperat labor est suauis.
quę nunquam in cordibus habitat ignauis.

Via lata gradior more iuuentutis.
inplico me uitiis inmemor uirtutis.
uanitatis auidus magis quam salutis.
mortuus in anima curam gero cutis.

Presul dilectissime ueniam te precor.
pectus meum sauciat puellarum decor.
nam quam tactu nequeo. saltem corde mechor.
morte bona morior. nece dulci necor.

Res est arduissima. uincere naturam.
in aspectu uirginis mentem esse puram.
iuuenes non possumus legem sequi duram.
seniumque corporum non habere curam.

Loca uitant publica quidam poetarum.
et secretas eligunt sedes latebrarum.
student. instant. uigilant. nec laborant parum.
et non tamen reddere possunt opus clarum.

Ieiunant et uigilant poetarum cori.
rixas uitant publicas. et tumultus fori.
et ut opus faciant quod non possit mori.
moriuntur studio subditi labori.

Vnicuique proprium dat natura munus.
ego nunquam potui scribere ieiunus.
me ieiunum uincere posset puer unus.
fames[2] et ieiunium odi tamquam funus.

Vnicuique proprium dat natura donum.
ego uersus facio bibens uinum bonum.

1. *d. i.* curro 2. *so*

et quod habent dulcius dolia cauponum.
tale uinum generat copiam sermonum.
Tales uersus facio quale uinum bibo.
nichil possum scribere nisi sumpto cibo.
nil Ualent[1] penitus quę ieiunus scribo.
nasonem post calicem carmine prębo.
Mihi nunquam spiritus poetrię datur.
nisi prius fuerit uenter bene satur.
cum in arcę cerebri bachus dominatur.
in me phebus irruit et miranda fatur.
Ecce meę proditor prauitatis fui.
de qua me redarguunt seruientes tui.
sed eorum nullus est accusator sui.
quamuis uelint ludere seculoque frui.
Iam nunc in pręsentia pręsulis beati.
secundum dominici regulamque[2] mandati.
mittat in me lapidem neque parcat uati.
cuius non sit animus conscius peccati.
Sum locutus omnia quęque de me noui.
et uirus euomui quod tam diu foui.
homo uidet facie[3] sed cor patet ioui.
uita uetus displicet. mores placent noui.
Iam uirtutes diligo. uiciis irascor.
quasi modo genitus nouo lacte pascor.
sepultus in uiciis ecce iam renascor.
nescit meum amplius uanitatis vuas[4] cor.
O dilecte domine parce penitenti
fac misericordiam ueniam petenti.
et da penitentiam culpam confitenti.
feram quicquid inseris animo uolenti.
Parcit enim subditis leo rex ferarum.
et est contra subditos inmemor irarum.
sic et uos[5] facite principes terrarum.
quod caret dulcedine. nimis est amarum.

1. *so: der schreiber meint damit wohl, man solle* ualent *dreisilbig lesen.* 2. *so* 3. *so* 4. *so;* vuas *d. i.* uas 5. *so; Grimm* et vos idem

Dies also sicher vom Archipoeta. da wird es wohl erlaubt sein ihm auch noch andere gedichte der gleichen hs.

beizulegen. und würklich sind deren da die aufs deutlichlichste den stempel seiner sitte und lebensart, seines stils und seiner verskunst tragen. so erscheinen mir nachstehende drei; darüber hinauszugehen und auch noch all die andern, meist künstlicher gebaute und rein kirchliche sequenzen, für werke Walthers auszugeben wage ich nicht.

296[b] Captiuata largitas longe Relegatur.
exulansque probitas misere fugatur.
dum uirtuti prauitas praue nouercatur.
imperat cupiditas atque principatur.
Nummus uincit. Nummus regnat. nummus cunctis imperat.
reos soluit iustos ligat impedit et liberat.
Solum nunc in precio precium habetur.
et uirtutis mencio penitus deletur.
quod ueretur racio nemo iam uerctur.
suo dum erario quicquam amplietur.
Quondam diffusisimum uerbum. do. das. dedi.
nunc est angustissimum. plus quam possit credi.
uerbum nobilissimum quo fugisti redi.
cedit quod est pessimum gratia mercedi.
Fuerunt antiquitus presules datiui.
omnes pene penitus nunc sunt ablatiui.
et uirtuti funditus sunt aduersatiui.
uendunt non dant reditus hospiti uel ciui.

Hospita in gallia.
nunc me uocant studia.
uadam ergo flens a tergo socios relinquo.
plangite discipuli.
lugubris discidii.
tempore propinquo.
O consortes studii. deprecor ualete.
quos benigne colui. filii dolete.
classem soluo litore. regigo[1]. uidete.
proficiscor peregre socii deflete.
Versibus eleicis cetum discipulorum.
commendo cum lacrimis deo deorum.[2]

1. *lies* remigo 2. *fehlt etwas, oder l.* domino?

foueat et protegat magnos cum pusillis.
custodiat et maneat perenniter cum illis.
Rorate mea lumina super gregem meum.
si concedent numina reuisitabo eum.
et sicut a principio super hunc regnabo.
si non in exilio miser expirabo.
Vale dulcis patria
suauis sueuorum sueuia,
salue dilecta flantia [1]
philosophorum curia.
suscipe discipulum in te peregrinum,
quem post dierum circulum remites [2] socratinum.
In manus eius animam et spiritum commendo.
qui se dedit in uictimam pro me redimendo.
et uerus innotuit deus resurgendo,
de bosram [3] tinctis uestibus celos ascendendo.
Duplex et divisio una suberarum [4]
quę fit in hoc discidio sed non animarum
uobiscum sum dum uixero spiritu presente
licet absens abero corpore non mente.
297[a] Ad urbem sapiencię denuo festino.
spiritus sciencię assit peregrino.
uisitet illuminet mentem inperitam
ut misticam sufficiam mercari margaritam.

1. francia 2. remittes 3. Bozra *Jes.* 34, 6. 4. *der sohlen, der schuhe des wanderers.*

367[a] Ego quondam filius mundi specialis.
Dum essem lasciuię pullus subiugalis.
Me fortuna prosperis sic euexit alis.
Vt essem prę ceteris homo curialis.
Adhuc in me floruit etas iuuentutis.
Currebam per omnia passibus solutis.
Sic eram contrarius sacris institutis.
Vt omnino uiuerem sine spe salutis.
Sed dum sic incederem gressibus distortis.
Cepi mente uoluere quę sint uires mortis.

Quod[1] non sit aliqua turris ita fortis.
Quam non possit ingredi clausis ipsis portis.
Nulli parcit hominum. nulli dignitati.
Vna est et eadem uniuersitati.
Senum et infantium inuidet etati.
Eque docti transeunt et illiterati.
Omnis homo moritur natus in peccatis.
Sed miranda potius mors est ypocratis.
Qui dum ferret aliis curam sanitatis.
Ipse tamen cedere cogebatur fatis.
Abraham mors rapuit quondam fide plenum.
Nec est passa uiuere doctum galienum.
Inde bene sequitur quod sit caro fenum.
Quod dum mane floreat vespere fit cenum.
Inter hęc et alia cepi cogitare.
Quod hic mundus uoluitur ut turbatum mare.
In quo nisi doctus sis scillam declinare.
Vix ad certum poteris portum remigare.
Mundus sibi uendicat nomen ab inmundo.
Ex eo quod iaceat fecis in profundo.
Igitur ne differas fugere de mundo.
Sera parsimonia cernitur in fundo.
Fremit mundus positus totus in maligno.
Nescit mathematicus cui credat signo.
Mundus est indifferens. nam indignum digno.
Nunc prefert nunc conparat ac si coruum cigno.
Ergo mundo uiuere non est uita tuta.
Incipit a lilio finit in cicuta.
Omnis mundi gloria ceu uulpes astuta.
Allicit et illicit corda dissoluta.
Quis in mundo positus reddat se securum.
Vt uitare ualeat examen futurum.
Vbi christus asserit se fore daturum.
Sanctis suis omnibus regnum permansurum.
Tunc traduntur reprobi stigie paludi.
Qui uirtutum meritis apparebunt nudi.
Hos omnes in carcerem iubet rex retrudi.
Qui pro nobis moriens pertulit illudi.

1. *l.* Et quod

Misera condicio filiorum euę.
Cunctis his qui fuerint assistentes leue.
Non erit suplicium uel lamentum breue.
Nichil apud inferos sonat nisi ve ve.
His intentus sedulo pedis fixi gressum.
Dixi uanitatibus cunctis. ite pessum.
Videns me deficere uiatorem fessum.
Sub istius ordinis* umbram ibi sessum.

* *über diesen zwei worten die erklärung* Monachilem

Schliefslich noch eine vermutung über die persönlichkeit unsers dichters. er war aus dem Breisgau (Grimm s. 37). *warum dann nicht jener Walther von Horburg von welchem der dichter des Reinhard* 1024 *ff. eine gewohnte rede mittheilt, wie sie ganz auf den lebenswegen des erzpoeten lag? der herrentitel des von Horburg darf nicht stofsen. denn der archipoeta war von edler geburt* (ortus ex militibus IV, 18), *und auch Freidank wird eben sowohl* her *als* meister *als endlich* vagus *genannt* (*Grimm s.* 114).

WILH. WACKERNAGEL.

LA CHANSON D'ALEXIS.

Das altfranzösische gedicht von dem heiligen Alexius welches ich hier mittheile befindet sich in einer pergamenthandschrift die ehemals den englischen benedictinern des klosters Lamspringe unweit Hildesheim angehörte, jetzt aber eigenthum der Godehardikirche in Hildesheim geworden ist. die handschrift ist in folio und enthält auf den ersten acht blättern einen kalender, auf den nächsten zwanzig blättern gemälde die sich auf die biblische geschichte beziehen, und auf bl.* 29—34 *die legende von Alexius. der übrige inhalt der handschrift besteht meistens aus lateinischen gebeten.*

Auf der vorderseite von bl. 29 *befindet sich ein gemäl-*

* *auf dem ersten blatte steht* liber monasterii Lambspringensis congregationis Anglicanae. *das ehemalige nonnenkloster Lamspringe wurde im jahre* 1643 *mit englischen benedictinern besetzt.*